992 Aquileiae *trovata escavando la fossa costeggiante la possessione della Casa Bianca ed il stradone conducente alla Strazonara.*

a laeva:

V S · I A N V A R I V S
PELLIAE · L · *aeli*O · HELENO
IE · FACILINI · S · Q · FADIO · IENISCO
SIMIEHONIADAE

in antica:

AQVATORVM

a dextra:

l · K A N I V S · M
V A R I A E · P H I*letae*
K A N I A E · P R O C I L*lae*
DOCILI · F · MAIOR

postica deleta

Moschettini ms. indeque Steinbüchel *Wiener Jahrb. A. B.* 48 (1829) p. 85.

I, 2 fortasse APELLAE. — MIEO traditur pro AELIO. — 3 FABIO Pironae exemplum. — IENISCO fuerit LEMNISCO. — III, 1 IKANIVS traditur. — M om. Vindob. exemplum. — 2 PHARIAE idem. — 3 PROCIA idem. — Inscriptiones laterum sepulcrales videntur incipientes a nomine scripto primo casu subiungentesque nomina eorum quibus sepulcrum destinabatur casu tertio. Aquatores vide num sint lotores sive fullones, v. n. 801.

993 basis quadrata magna, rep. Aquileiae 1726 prope pontem Monasterii una cum titulis n. 861. 862. '*Non si trova più in Aquileja, ma fu fatta condurre, siccome mi avvisa il Liruti, con molte altre dal Governatore Austriaco d' allora in Fiumicello*' Lud. DOGLIONI *notizia di Belluno* (lecta diss. a. 1765, edita Belluni 1816. 8) p. 107.

L · LVCCEIO · L · F · LVCVLLO
IIIIII VIR · I · D
BELLNI

Beretta misit Muratorio exempla duo, unde ed. hic 1032, 2 adhibito praeterea exemplo Bertoliano; Bertoli p. 301 n. 420, quod exemplum Cortenovis emendavit ex visu; citat Liruti Friuli 1, 38 (cf. corrig.).

1 LVCCEIO Beretta ms. 1. 2., LVCEIO Bert. et Mur. ed., Cort. tacet. — FIVCVLLO pro L · F · LVCVLLO Ber. 2. — 3 sic Cort., BELVNI Bert. Ber. 2. Mur. ed., BELVNII Ber. 1, BELLVNI Liruti.

994 litteris alte incisis, *alla Colombara* rep., extat Butrii apud Toppium.

M · LVCIVS · M · L · DROMO
SEX · VIR
protome viri

Contuli descriptam a Lucianio.

995 Cervignani.

C · LVCIVS · C · F · MANIACVS
V E T T I A · M · F · F I G V L I
M · LVCIVS · C · F
C · LVCIVS · C · F · MANIACVS
IIIIII · VIR · I · D · POPVLI · BENEFICIO
C · LVCIVS · C · F · F

Capodaglio n. 108 (inde a Turre p. 350; Mur. 715, 5 ex Turrio; Bertoli p. 305 n. 430; Orelli 3847). Zambaldi Conc. p. 364 ex schedis Iac. Valvasonis de Maniaco, vici eius nomen ab lapide hoc repetentis.

Zambaldianus typus a Capodagliano non differt nisi levibus quibusdam erroribus.

Quattuorvir populi beneficio v. 5 videtur intellegi in ipsis comitiis creatus, non honoratus ab ordine vicaria praefectura, nam et praefectos constat vulgo appellatos esse quattuorviros. Similiter tribuni militum in comitiis creati dici solent *a populo.* Qui sequitur *C. Lucius C. f. f(ilius)* videtur esse proxime praecedentis filius, Gaii eius qui nominatur v. 1 nepos.

996 Aquileiae supra domum quandam RED. in fundamentis alicuius domus MARCAN. FELIC. in lapide murato prope viam (vicum SAN.) iuxta turrim arenae Aquileiae BELLON. SAN. *Nei merli del muro che cinge il castello di Luseriaco* [prope Tricesimum] *feudo e giurisdizione de' conti Andreucci Utinesi* CAPOD.

A · L V C R E T I V S · C · l
ATTALVS
C · LVCRETIVS · A · F · D
SEC · PETRONIA · C · F · N
A · L V C R E T I V S · A · F
IIIIII · VIR

Quattuor exempla extant, Antiqui, Feliciani, Secundi, Capodagli. Illud proponunt Redianus f. 135 Aquil. n. 22 (inde Gud. 129, 10) melius quam Marcanova (Bern. n. 574, Mutin. n. 7) et Ferrarinus cod. Reg. n. 23 (inde Mur. 673, 4 ex schedis Farnes. et Valerii). Felicianus exhibet in add. cod. Ver. n. 12. Secundi servarunt Bellonus n. 58, Sanutus f. 41′ n. 56, Vat. 5250 f. 61 n. 10. Capodaglius dat n. 140 omnino ex lapide. Ex his pendent a Turre p. 350, qui ex Capodaglio male descripsit et Bellonum praeterea citat; Mur. 715, 9; Bertoli p. 254 n. 353.

Vv. non separat Antiquus; fracturam indicavi ego ex coniectura. — 1 ANTONIVS pro A · Marc. Ferr. contra Red. Felic. et reliquos. — C · I Red. Marc. (Bern.) Bell. San., C · F Felic. Marc. (Mut.) Ferr. Cap., C · L · Vat. — ATALVS Ferr. Marc. (Mut.). — 4 SER Marc. Ferr. contra Red. Felic. et reliquos.

997 Aquileiae.

L · MARIO · L · F · PROCV*lo*
L · MARIV*s*
L · L · FELIX · IIIIII V*ir*
I N F E C T O R
V · F · SIBI · E*t*
C O R N E L I A*e*
S P · F · P R O C V L*ae*
VXORI · E*t*
M A R I A E · L · *f*
M A R V L L A*e*
FIL
MARIAE · L · L · PAL*ladi*
VXORI
L I B *lib*

Cortenovis ms. p. 49 ex schedis.

998 Monisterii in pavimento ecclesiae.

D
A NO*nio*
A P H
IIIIII · VI*r*
ET · NO
S O T E R*idi*
OI
A NON
ET · FAC
A NONI

Bertoli ms. n. 729.

999 Aquileiae in platea. — Sine loco TOM.

figura quaedam

CN · OCTAVIVS
C · F · CORNICLA
IIIIII · VIR
V · F

Antiquus apud Redianum f. 135 Aquil. n. 24 (ex hoc Gud. 133, 6); Marcanovam (Bern. n. 576, Mut. n. 9); Ferrarinum cod. Reg. n. 22 (inde Mur. 726, 5 ex schedis Valerii); cod. Luiggi n. 4. Aliunde Felicianus in add. Marc. f. 46′, Ver. f. 112. Ex secundae syllogae auctoribus refert unus Sanutus f. 38′ n. 8. Habent etiam cod. Tomitani (cf. supra p. 54) f. 18 et cod. Ambros. C. 61 inf. f. 107.

In vv. div. sequor Tomitanum. — 1 GN Fel. Tom. — 4 V · F om. Marc. Ferr.

1000 basis, Aquileiae in ecclesia S. Syri RED. *nella chiesa di S. Siro* (*hora destrutta* add. CAP.) *presso la porta del Molino* SECVNDVS in eccl. S. Sili APP. BOL.

CN · OCTAVIO
CN · FILIO
P A L · V I T A L I
C N · O C T A V I V S
Z O S I M V S · E T
TITIA · AGRIPPINA
PARENTES
L · D · D · D

Descripserunt Antiquus, Secundus, Bologna, auctor app. Bol. Antiqui exemplum exhibent Redianus f. 136 Aquil. n. 39 (inde Gud. 242, 4 et Mur. 2061, 4, cui misit Laur. Guazzesius Arretinus ex schedis Redii), item Marcanova (Bern. n. 603, Mutin. n. 36). Secundi exemplum exhibent Rambertus 24, Bellonus 47, Sanutus f. 41 n. 47, Vat. 5250 f. 70′ n. 70, Capodaglio 14, Don. 14, 49 ex Ramberto, a Turre p. 393, Mur. 1195, 1 ex schedis Valerii et Turrio, Bertoli p. 259 n. 366 ex Turrio. Bolognae exemplum est apud eum n. 16 (inde Ferrarinus cod. Reg. n. 13); aliud in app. Bolognae n. 8.

Vv. ordinem non servant Ant. et Vat. et App. Bol. — 1 om. Ant. — 2 CN · PILIO Ant. — 3 NITALI Marcan., VTALI Red. — 6 TICIA Marcan., TIZIA Bell. — 7 om. Ramb. Capod.

XXXVIII. *Ager inter Benacum et Athesin a Bardolino ad Roveretum.*

Composuimus hoc capite titulos numero paucos prolatos ex orientali lacus Benaci ripa ad Athesin usque, scilicet inventos in pagis oppidisve Cola, Sandrà, Cisan, Bardolino, S. Vigilii, Garda, Incanal, Caprino, Brenzon, Bellun, Malcesine, quae hodie Italiae finibus comprehenduntur, item ex locis hodie Tirolensibus Avio Nemesino Rovereto Volano Caliano. — Ex his inferiora satis constat finibus Veronensium comprehensa fuisse, ea enim secum trahunt quos Veronensium fuisse constat pagi Arilica, hodie Peschiera, et Arusnatium in Valle Pulicella; praeterea ex Bardolino habemus titulum n. 3997 quattuorviri. Hoc incertum est, Veronensium fines quatenus pervenerint ad septentrionem Brixiam versus et Tridentum. Rivam vallemque Sarcae cum constet fuisse Brixianorum, fortasse etiam Malcesine pertica eorum includebatur, unde habemus titulum n. 4007 cum tribu Fabia. Seviri Claudiales et Augustales titulorum eruderatorum ad Avium n. 4008. 4009 quo pertineant, non satis apparet; puto tamen ad Veronam. — Transiit per has partes via Verona Tridentum in itinerariis proposita sic:

Antoninianum p. 275:	*Peutingeranum*:
Verona	Verona
| XXXVI	| XVIII
ad Palatium	Vennum
| XXIIII	| XXIIII
Tridento	Sarnis
	| XX
	Tredente

Vennum incidit fere in locum, ubi nunc est *la Chiusa* ad Athesin prope Volargne; Palatium illud et Sarnis vicus infra et supra Alam. Praeterea ex titulo n. 3991 videtur effici ad Colam pagum fuisse Claudiensium.

3991 cippus quadratus, rep. in *Cola di Pacengo* ad Benacum, nunc Gazzolati-Novaglie prope Montorium in villa comitis Balladoro.

C · RABVTIO
CAMPANO
CLAVDIENS//

Descripsi.

3992 in pago Sandrati SARAYNA. Sandrà rep., cum fundamenta ecclesiae parochialis facta sunt; nunc Veronae apud Mosconios ZACCARIA.

D M
OCTAVIVS
MARCELLIANVS
FIRMVS·ET·PATER
NA·VIRAIA·OCTA
VIO · FIRMINO
MARCELLIANO
PATRI·B·M·ET·VI
RAIA · PATERNA
CONIVGI · PIEN
TISSIMO · B · M

Duo exempla extant Saraynae Lat. f. 44′, Ital. f. 70′ (inde Panvinius p. 229; Grut. 444, 3 e Sarayna et schedis Onufrii) et ligno expressum apud Zaccariam *stor. lett.* 10, 615.

4 VS · ET · PATER om. Sar. — 5 VIRAIA Zacc., VIRAL Sar. — 6 FIRMIO Sar. — 8 PATRI·B·M· Zacc., FRATRIBVS·M Sar. — 11 TISSM·B·M Sar.

3993 Cisani prope Bardolinum in angulo ecclesiae ORTI, ubi frustra quaesivit mea causa GIANFILIPPIVS.

RVM
P·C·F
V·S·L·M

Orti *avventure di Adelaide* (1844) p. 10.

3994 Bardolini in tumulo.

HOMINI·BONO
SABINVS · FILIVS

Sanutus f. 73.

Versuum divisio incerta neque indicatur hiatus.

3995 Bardolini in fundo q. d. *Mezzariva* F. A. Gianfilippi.

LOC
SEX ❦ TEVDI
IN · FR · P · XXX

Orti *avventure di Adelaide* (1844) p. 11 tab. 1 n. 1.
1 om. tabula.

3996 cippus magnus. Bardolini in ecclesia dirupta in campis ANT. Prope Benacum in pariete templi divi Zenonis SAR. Deinde Veronae in museo philharmonico LISCA. Ibidem adhuc.

AVETE ANIME INNOCENTISSIME

L ❦ OC TREB
IASIVS MAX ❦ VAL
ERIANAE ·MATRI
sic CARSM QVAE VI
XIT ANN ❦ XXXVI DI
VIII ET L ❦ OC ❦ LVCILI
ANO PATRI NOBILI
SSIMO QVI VIXIT AN
LI · M ❦ III DIES XXII
CONIVGIV*s* *hi*C ILLE IACET CASTISSIME FAME
QVIBVS NON IN SE LICVIT BIS DENOS VIVERENT
ANNOS
QVOS CITO NIMIVM RAPVERVNT FATA TE/E///
VE*T*OR
*d aliud ac m*EVM NOMEN LEGI M

Contuli. Habent Antiquus (Felicianus cod. Tarv. f. 212′ et in syll. n. 168; Marcanova Mut. f. 130′ agri n. 79; Ferrarinus f. 31′; Iucundus f. 194 n. 72; Apianus 166, 4; Sanutus f. 73. 83′; Sarayna f. 45; Panvinius in add. ms. ad Saraynam Ital. f. 50′, ed. p. 233; Grut. 735, 6 ex Apiano et Sarayna, 745, 10 ex Sarayna et Panvinianis; Reines. 13, 70 ex Panvinio); Lisca et Cozza p. 239; Maffei M. V. 173, 2 (inde Orti *Garda e Bardolino* p. 22 et *avventure di Adelaide* p. 11).

8 seq. FRATRI·NOBILISSIMO·QVI·VIX·AN·II Iucundus Sarayna, FRATRI·NOBILISSIMO·QVI·VIX·ANN·XII Felic. Marcan. Ferr. ex interpolatione. — Vv. 11 seq. lectu difficiles antiqui omiserunt; pauca verba inde protulerunt Lisca et Cozza; plenius, sed nequaquam emendate, edidit Maffeius. — 11 *coniugius* mihi est *coniugium*, ut *collegius* legitur similiaque. — 15 sic dedit Maffeius; recenti fractura pars lapidis periit, ut iam non supersit nisi VE//*o*.

3997 cippus ingens litteris vetustis. Fuisse olim Bardolini apud nobiles de Becellis auctor est MUSELLIUS in catalogo musei Veron. ms. (inde Tommaselli p. 167). Deinde Veronae in museo philharmonico n. 338.

protome viri
CN · OCTAVIVS
C·F·CORNICLA
ⅡⅡ · VIR ·
V · F

Contuli. Habent Maffei M. V. 111 (inde Orti *antichità di Garda e Bardolino* p. 18 et *avventure di Adelaide* p. 11).

3998 ad Benacum rep. in vico D. Vigilii in ecclesia MOROS. VELS. MUR. Deinde in villa Brenzoniorum, nunc Veronae in museo philharmonico MAFF.

.LO ET LAC
BENACO
SVCCESSVS · Q
SAMICI·MYRINI
V S L M
Q · SAMICIVS
SVC*cessu*S·ITER

Contuli. Habent Morosini in itin. a. 1598 p. 50 (inde Grut. 131, 1 ex schedis Mauroceni); Velseriana f. 7; Mur. 88, 4 ex schedis Antonii Giganti; Maffei M. V. 89, 4 (inde Donat. 48, 4; Orelli 1652); Stoffella *confini* p. 76; Orti *Sermione* 1856 p. 139; Labus *marmi Bresc.* p. 89 n. 130.

1 prioris numinis epichorii videlicet (quamquam de *cae*LO cogitari potest) nomen certa ratione expleri non potest; prima littera C potius videtur fuisse quam L vel E. — Apparet Successum votum solvisse servum, iteravisse post libertatem adeptam. Alterum titulum ab eodem homine positum dedimus supra n. 3219.